

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Dominica III post sancti Laurentii: Lesung aus dem Evangelium nach  
Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

**DOM III POST SCI  
LAURENTII.**

**LEC SCI IUA SEC MATHIU.**

**I**N illo temp. Dixit ih̄s discipu-  
lis suis. Nemo potest duobus do-  
minis seruire. Aut enim unum  
odiet & alterum diliget. Aut uni  
adherebit. & alterum contemnet.

Non potestis dō seruire & mammonae <sup>et reliq.</sup>

**LXXV SERMO VENERABILIS BEATAE**

**PRBI DIIAD LECTIO  
SCDM LUCAM.**

**N**EMO POTEST DUO  
bus dominis seruire.  
quia non ualet simul  
transitoria & aeterna  
diligere. Si enim aeternitatem  
diligimus. cuncta temporalia in  
usu non in affectu possidemus.

Aut enim unum odiet & alterum di-  
liget. Aut uni adhaerebit & alte-  
rum contemnet.

Haec uerba diligenter conside-  
randa sunt. Nam quis sint duo  
domini. consequenter exponit  
dicens. Non potestis dō serui-  
re & mammonae. Audiat  
hoc auarus. audiat qui cense-  
tur uocabulo christiano. non  
posse simul mammonae. hoc  
est diuitis. xpo que seruire.

Et tamen non dixit. qui habet  
diuitias. sed qui seruit diuitis.

Qui enim diuitiarum seruus est.

diuitias custodit ut seruus.

Qui autem seruitutis excussit  
iugum. distribuit eas ut dominus.

Sed qui seruit mammonae. illi  
utique seruit. quibus istis ter-  
renis. merito suae peruersitatis  
praepositus. princeps huius saeculi  
ad dō dicitur. Ergo aut unum  
odiet. & alterum diliget. ut fieri  
debet. Odiet scilicet diabolum.  
diliget dō. Aut uni adhaerebit.  
& alterum contemnet. Adhere-  
bit scilicet diabolo. cum quasi  
eius premia temporalia sectatur.

Contemnet autem dō. non dixit  
odiet. sed sicut solent minas eius  
post ponere cupiditati bus suis.  
quid bonitate eius ad impunita-  
tem sibi blandiuntur. Quibus  
per seclomonem dicitur. fili ne ad-  
cias peccatum super peccatum.  
& dicas. miseratio dī magna est.

Ideo dico uobis. nolite solliciti esse  
animae quid manducetis. neque  
corpori quid uesti amini.

Ergo quod omnibus natura tribuit.  
& iumentis ac bestis. hominibus  
quoque commune est. huius cura  
penitus liberamur. Sed praeci-  
pitur nobis. ne solliciti simus quod  
comedamus. & quia in sudore uul-  
tus praeparamus nobis panem. labor  
exercendus est. sollicitudo tollen-  
da. Anima plus est quam esca.